

orkunde habe ich meyns ampts inßigel vndenn an disßen brieff hengenn lasße, der gegeben ist nach Cristi vnnßers hern geburt taußent vierhundert vnd darnach ym zewey vnd achezigistenn iare am tage sancti Egidii deß heyligenn bichtigerß.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem Siegel des Probsts an einem Pergamentstreifen.

No. 309. 1483. 7. Apr.

B. Tilo von Merseburg genehmigt die Stiftung des Altars Aller Apostel in der Nicolaikirche durch den Priester Jodocus (Jobst) Zencker von Zwickau.

Tilo dei gratia ecclesiae Merseburgensis episcopus. — Sane quia dilectus nobis in Christo Jodocus Zcencker de Zwickavia presbyter Numburgensis diocesis — altare ad omnium sanctorum apostolorum laudem et honorem in ecclesia s. Nicolai opidi Liptzk — instituendo ipsum certis bonis et redditibus, videlicet quindecim flor. Ren. super bonis circumspecti viri Nicolai de Vrsall alias Schernsleyfer civis dicti opidi Liptzensis, specialiter super quodam horto sub feudo dominarum et sanctimonialium in Sewßelitez retro Minores sito^{a)} pro ducentis et quinquaginta flor. Renen. emptis, item quatuor flor. in Pegaw super pratis agris et lignetis dicti Hans Sporers, item duobus flor. in Zwickaw super quadam domo Petri Kunc, iusto et legali titulo comparatis — liberaliter et gratuite dotavit nobisque eodem annuos redditus pro instauratione et erectione dicti altaris cum certis punctis et ordinationibus sequentibus circa ipsum observandis cum reverentia ac devotione debitis obtulit. Primo ut in eodem altari persona ecclesiastica saecularis pro studio et servitio divino habilis idonea et indigens post obitum ipsius instituat, ita quod hebdomadatim quatuor missas, unam de apostolis sicuti in die divisionis apostolorum cum prosa ‚Coeli enarrant‘ sc. tempore congruente, unam pro defunctis et alias duas secundum devotionem et temporis cursum infra tempus maturae usque ad finem ultimae missae illius diei per se vel per alios indesinenter legendas obligata sit, ad quas tamen idem fundator in vita minime vult astringi. Item ordinavit quod vitrici dictae ecclesiae — et consules et proconsules dicti opidi Liptzk de ornamentis libris et calicibus luminibus pane vino ceterisque ad divinum cultum circa dictum altare quomodolibet necessariis perpetuis temporibus praevidebunt. Ius vero patronatus sive praesentandi ad dictum altare personam saecularem pro studio et servitio dei habilem atque moribus commendabilem et indigentem in providos et sagaces viros proconsules et consules dicti opidi Liptzk perpetuis temporibus post fundatoris mortem conferebat, quam diocesano sive ordinario loci praesentabunt. Debet etiam quilibet beneficiandus actu esse sacerdos et portionem suam in Liptzk personaliter deservire, attento quod mens fundatoris circa scholares pro laude dei studiorum exercitiis insudantes principaliter intenta fuerit. Et quod talis beneficiatus sive altarista aequali portione testamentum fundatoris circa altare sanctae trinitatis cum aliis duobus altaristis eiusdem altaris fideliter observet et perficiat quater per annum in vigiliis missis personaliter et devote usque ad finem

a) Ueber diesen Baumgarten s. Bd. I S. 147.